le nõ per mediũ actuale q̄d debet esse positum in
ter sua extrema vniens et ordinans q̄d non fit
nisi in duabus ꝓpõnibus.

## Dubium est. ¶ An

om̄is ꝯñtia ex vna ꝓpõne sit enthimema. Et
videtur ꝙ sic. quia ibi nõ oibus p̄missis enũa
tis infertur festinata cõclusio. Et confirmatur
quia sꝫ quedã argumẽtationes tales ꝯñtie et
nõ possunt reduci ad aliã spẽm q̄ȝ ad enthime
ma igiť ⁊c. ¶ Solutio nõ quia enthiema est
spẽs argumẽtatõnis sed nõ om̄is ꝯñtia est ar
gumẽtatio sed solũ illa que reducibilis est ad
syllogisimũ qui est spẽs argumẽtatõnis p̄ma/
ria et oim aliaꝝ mẽsura. ergo om̄is ꝯñtia me/
diate vel imediate syllogistica ẽ argumẽtatio
alia nõ. Ubi nõndũ est ꝙ quedã est ꝯñtia ter/
mini ad terminũ vt pȝ in relatiuis in ꝯuertibi
libus in synonomis et hm̃oi. Quedã est ꝓpõ
nis ad ꝓpões secũ in vtroqȝ termĩo sine aliq̄
medio ꝑticipante vt ꝯuersio et eq̄pollẽtia. ⁊ ta
les ꝯñtie nec ẜm actũ nec ẜm potẽtiam sꝫ syllogi
stice eo ꝙ syllogism⁹ est ꝯñtia argumẽtatiua ex
tremi de extremo ꝑ mediũ cõe vtrisqȝ vt dc̄m ẽ.

## Ad obiectum dicen

dum ꝙ tales ꝯñe sꝫ ꝑfecte. alterius p̄misse sub
intellcẽ additõne. et ideo nõ festinata infertur
cõclusio sine alicuius p̄termissione. sicut fit in
enthiẽate Ad cõfirmatõem patȝ ex dictis q̄a
sunt bñ ꝯñtie sed nõ argumẽtationes. ꝯña ve
ro est cõior argumẽtatione ex quo ipa diuidiť
in argumẽtatiuã et nõ argumentatiuã. et argu
mentatiua ꝯñr diuidiť in quattuor spẽs ꝓut
circa p̄mũ tractatũ est dictũ de cõuersione.

## Dubiuum est. ¶ An

enthiẽma potest reduci ad syllo^m. Et videtur
ꝙ nõ quia spẽ distincta ad seinuicẽ reduci non
pñt. sed enthiẽma et syllogism⁹ distinguũtur
spẽ ergo nõ pñt ad seinuicẽ reduci Solutio sic
q̄a deficit in vna p̄missaꝝ. ergo illa posita ipm
immediate erit syllogism⁹ ꝑ illius ꝓpõnis ex/
pressionẽ. deficit aũt qñqȝ maior. qñqȝ minor.
Maior quidẽ si mediũ quod ẽ terminus nõ
ingrediens cõclusionem sumiť cum subiecto
conclusionis q̄d est minor extremitas. Mi/
nor vero si mediũ sumatur cũ p̄dicato q̄d est
maior. extremitas. Et ita non est in figura vel
mõ explicite et formaliter. sed tm̃ ꝯtualiter et
implicite. nec repugnat si dicas est ad minus
in figura. eo ꝙ ibi sunt tres termini q2 vt p̄us
dictum fuit ille tres termini nõ sunt debite or/
dinati. figura aũt est ordinatio triũ terminoꝝ
ẜm debitã subiectõem et p̄dicationẽ que nõ fit
nisi in duabus ꝓpõnibus. ¶ Ad obiectũ di/
cendũ. ꝙ spẽ d2ña formaliter accepta non pñt
ad seinuicẽ reduci. sed bene materialiter

## Dubium est. ¶ An

diffinitio exẽpli sit cõueniens et bona. Et vide
tur ꝙ nõ. quia si sic tunc esset hic exemplũ. bur/
genses sunt diuites. ergo rothõgenses q2 vtro
biqȝ habent bonũ portum maris. sed ꝯñs est
falsum. ergo illud ex quo seq̄tur falsitas ꝯñtis
Probať quia añs potest esse veꝝ. sine cõsequen
te exemplũ vero debet eẽ bona ꝯsequẽtia ¶ Se
cundo sic. ille ignis ẽ lesiuus ergo iste ignis est
lesiuus. quia vterqȝ hẽt intẽsum calorez. et tm̃
nõ probať vnum ꝑticulare ꝑ aliud sed vnum
singulare. ¶ Confirmať quia hic est exẽplum
ciuitatẽ insidiari ciuitati sibi vicine malũ est.
ergo regionẽ regioni insidiari malũ est. q2 om
nis vicina insidiatio mala est. et ibi nõ proce/
ditur a ꝑticulari sed indiffinita ¶ Confirmať
quia hic est exemplũ Om̄e regnũ in se diuisuȝ
desolabiť. ergo om̄is ciuitas in se diuisa deso/
labitur et tamẽ nõ ꝓceditur a ꝑticulari ad ꝑti
culare. sed ab vniũsali ad vl'e ¶ Tertio sic non
sequiť sicut se habent quattuor ad duo. ita se
habent sex ad duo. sed quattuor ad duo se ha
bent in ꝓportione dupla. ergo sex et quattuor
se habent in ꝓportione dupla. et tamẽ ꝓcedi/
tur a ꝑticulari ad ꝑticulare ꝑ aliq̄d simile rep/
tum in ipis. ¶ Quarto nõ seq̄tur sicut se ha/
bent quattuor ad duo. ita octo ad quattuor.
sed quattuor excedunt duo solũ in duobus.
ergo octo excedũt quattuor solum in duobus
¶ Solutio sic q2 est similitudinaria ꝑsuasio
Et quia similitudo est rerũ dr̃ñtiũ vna quali/
tas. ideo in exemplo ꝓpter vnum ꝑticulare in
fert reliquũ per virtutem mutue similitudinis
et ergo bene dicũt boetius et petrus hyspanus
ꝙ exẽplũ est qñ vnũ ꝑticl'are ꝓbatur ꝑ reliquũ
ꝓpter aliquã cõem similitudinẽ reptã in ipis.
Ex q̄ apparet ꝙ inductio et exẽplũ in duobus
dr̃ñt p̄mo q2 inductio est ad vl'em cõclusionẽ
exemplũ vero ad ꝑticularẽ vel singularẽ scd̄o
q2 inductio ẽ ex multꝭ singl'arib⁹. exẽplũ pt ꝓ
cedere ex vno singl'ari ad aliud singl'are tñ nõ
repugnat exẽplo q̄d ꝓcedat ex multꝭ singulari
bus. dũmõ tñ hoc fiat ad conclusionẽ singu/
larem Et est exemplum perfectius et maiorem
faciens fidẽ si ex pluribus manifestꝭ procedat
q̄ȝ si ex vno verbi grã. si ꝑcipimus istum ignẽ

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-78/0326
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG